UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1863

Octava S. Joannis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72708

Visual Library

III JANUARII.

SANCTI QUI III NON. JANUAR. COLUNTUR.

Octava S. Joannis Evangelistæ.
S. Anteros Papa Martyr, Romæ.
S. Florentius Episcopus Viennensis, Martyr.
S. Theopemptus Episcopus, Martyr.
S. Theonas Martyr.
S. Zosimus monachus Martyr } in Cilicia.
S. Athanasius Commentariensis Martyr } in Cilicia.
S. Petrus Balsamus, vel Abselamus Martyr.
S. Martialis, S. Statilianus, S. Constantius, S. Possessor, S. Hilarinus, S. Firmus, S. Candidus, S. Rogatianus, S. Eugenia, S. Lucida, S. Acuta, S. Pœnica } Martyres, in Africa.
S. Gordius Comes ac Centurio Martyr, Cæsareæ in Cappadocia.
S. Theogenes, S. Primus, S. Cyrinus } Martyres, in Hellesponto.
S. Claudon, S. Eugenes, S. Diogenius, S. Eugentus, S. Rhodus, S. Rhodon, S. Pinna } Martyres.
S. Lucianus Episcopus Leontinus, in Sicilia.
S. Melorus Martyr, in Anglia.
S. Salvator Episcopus, Beluni in Italia.
S. Genovefa Virgo, Parasiis in Gallia. NOT. 48.
S. Blidmundus sive Gogus, Abbas in Gallia.
Inventio S. Quintini apud Veromanduos.
S. Bertilia Virgo conjugata, in Belgio.
Relatio capitis S. Jacobi Apostoli, ad monasterium S. Vedasti.
S. Daniel Levita Martyr, Patavii.

PRÆTERMISSI VEL IN ALIUM DIEM REJECTI.

S. Argæus, S. Narcissus, S. Marcellinus } Martyr. *Martyrol. S. Hieron. Nos* II *Jan.*

Mater cum duobus filiis, igne extincta. *Menæa. Plures idem subiere supplicium cum liberis matres: nil hic certi possum statuere, ideoque eam omitto.*

Daniel monachus Hemmenrodensis. *Kalendar. Cisterciense Divione editum anno* 1617.

B. Angela de Fulginio. *Martyrolog. German. Molanus in addit. ad Usuardum, Usuardi editio Coloniensis anni* 1521. *Nos* IV *Januar.*

B. Ursus Dux Venetorum, postea monachus. MS. *Kalendarium Sanctorum Ordinis S. Benedicti. Hic est* Petrus Urseolus, *de quo* XI *Januar.*

S. Potitus Martyr. MS. *Martyrolog. S. Martini Tornaci. Nos* XIII *Januar.*

S. Malachias Propheta. *Martyrologium Germanicum, Molan. Menæa, Menolog. Galesinius in Notis. Nos* XIV *Januar.*

B. Guillermus X Abbas Cistercii. *Kalendarium Cisterciens. Nos* XXII *April.*

Posenna, Prompta } sorores S. Gibriani. *David Camerarius lib.* 3 *de Scotor. pietate. De ipso S. Gibriano agemus* VIII *Maii.*

S. Agritius Episcopus Senonensis. MS. *Florarium SS. Nos* XIII *Junii.*

OCTAVA S. JOANNIS.

III JAN. *Celebratur* III *Non. Janu. S. Joannis Apostoli et Evangelistæ Octava, quam Martyrologium Romanum, Ado, aliique consignant. In Breviario Romano, Pauli III auctoritate edito a Francisco Quignonio Cardinale, non celebrabatur hæc Octava, sed S. Anteri Papæ festum, de quo et tertia lectio recitabatur. Ubi denuo recensitum ab eodem Quignonio idem Breviarium est, omisso S. Antero Octava agi cœpit (quemadmodum et antea) ut Semiduplex; Duplex a Pio V instituta, uti et S. Stephani atque Innocentium. Vide Gavantum Comment. in Rubr. Breviar. sect.* 6, *cap.* 6.

DE